

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas ... adolescentulo Christiano Michaeli, filio charissimo, Parentes
afflictissimi parant, Cives suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770662560>

Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,

in

Chr. Michael[is].

Rostock, 1638.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770662560/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770662560/phys_0003)

DFG

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profess. P.

AD EXEMPLARIAS
Quas
BONÆ SPEI ET LITERARUM AMANTI
adolescentulo

CHRISTIANO
MICHAELI,
filio charissimo,

Parentes afflictissimi parant.

Cives suos in ædem D. Jacobi ad horam me-
diatam primam serio & diligenter
vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.
ANNO MDC XXXIX,

inter eos, qui horum temporum
experti clade funeribus præci-
pue affliguntur, & sanguinem
suum vivi efferre debent, nemo
facile sit, qui adversus istam for-
tem firmorem animum gerere
pessit, quam ille Ministrorum Verbi religentis-
simus ordo. Cum enim veram & æternam sa-
pientiam profiteantur quid defuturum sit, quo
minus ultra eorum quoq; virtutem se gerere
valeant, qui ex aliquia duntaxat umbra sapien-
tiæ, tanta nihilominus exempla ediderunt. Et
quidem Philosophorum nemo unquam con-
stantior extitit, quam cui in secta fuit, animosu
immortalitas & unius Dei veneratio. Quæ res ut
periculosisima profitentibus, sic ad quoscunq;
casus generosa ac prope divina extitit. Etiam si
vel per nebulam magnissq; cum erroribus acce-
pta traditaq; fuerit. Quantum enim quæso est,
quod licuit in media gentium caligine de cœ-
lesti ac divina re intelligere? Cum maximis quoq;
& gravissimi viri ipsa ferme nomina sapientiæ,
nonnisi ad infirmissimos autores & nimis quam
pro-

probabile rationes confugerint; Quod
si auctoritas querenda sit, inquit Cicero, quem
graviorem nominare possum quam eum, quem A-
pollo ipse sapientissimum omnium pronunciavit;
Atqui & hoc ipsum de homine iudicium, quā-
tē nobis, qui ad lucem pervenimus, infirmitatis
est. Ut nihil de Platone de Xenocrate, de ijs di-
cam Philosophis, quos quondam Italicos no-
minavit antiquitas maxim eq; nobiles judica-
vit. Quibus nemo de ista sui meliore parte cre-
diderit tutius, quam alij faciebant, qui cum cor-
poribus simul animos interire, atq; omnia
morte deteri statuerunt. Eadem enim utriusq;
partis dissentientium existimatio est, cum candē
secuti naturam ducem, Philosophiam omnes
professi, commune nomen pro autoritate affe-
renda gesserint. Et quanquam ex cuiusq; pla-
citib; ipsa sectarum p̄ederet dignitas, melioresq;
habiti essent, qui ad sapientiæ imaginem pro-
piores accederent; ista tamen errorum diverti-
cula extiterunt, ut vel hæc sola omnem anima-
rum immortalitatem suspectam reddere potue-
rint. Non ergo de opinionum argumentis di-
cam, quod longum nimis foret ipsiis de opinio-
nibus afferre, vix locus sit. Quid autem
summatim tradebatur tam infirmum erat, ut

Vvv 2

pro-

profecto magis quererentur omnia, omnia crederentur, opinaciones magis, quam sententiae ac quædam immota certaque fides existere. A pertissime enim Seneca, Vir maximæ & perpetuæ profuturæ libertatis, cum ad hanc ipsam disputationem sese accinxisset. Credebam facile inquit opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittentium magis, quam probantum. Plinius quoque à Democrito ingentem vanitatem revivisci promissam existimabat, quod nec unquam revixisset ipse. At vero postquam evicerat antiquorum autoritas, pulchrius res voti habebant æternum esse, de loeo jam venire disceptationes, ubi scilicet animi isti in reliquum tempus acturi essent. Quemadmodum ergo nemo tam puer erat, ut Cerberum timeret, tenebras Egarvarum habitum, multis ossibus coherentium; ita Euanis quoque gaudis lusisse poetas credi poterat, cum

amœna piorum.

Concilia, Elysiumque colla
& nescio quas voluptates, vel mortalibus infames, pollicerentur. Quisquis ille locus est, qui solutas vinculis animas beato recipit finu, & simile sapientum vera fama est, recipiturque nos locus aliquis; Haec erant voces istæ, quibus tantæ tam-

ne-

necessariæ rei certitudo constabat. Ad cœlos
tamén erat exspectatio. Nimirum quis erat, qui
cum omnia corripi atq; hic obire diem videret,
quia ad se quoq; fatalis ordo perveniat, non ali-
quo dulci somnio levare mortalitatem ac solari
voluerit? Unde a illi ad cœlos, qui in terris nati
essent? Aut quomodo scire poterant, se ex cœ-
lis venisse; quos mundanos potius, etiam ex
maximi Philosophi judicio, censeri fas erat? Sci-
licet hoc quo; in argumētum vocari poterat,
quod nemo sua sorte contentus sit & cœlum,
ipsum stultitia petatur, postquam tantæ gloriæ,
tam excelsi orbis, nulla ipsis promissio fuit? Fe-
lices ergo vos, ò mystæ divinarum rerum, ò par-
ticipes arcanorum cœli, ministri ac cooperarij
Jehovæ! Felices, inquam, vos & jam dum cœ-
lestes, quibus ista sapientia omnis concedita
neq; ex fatuis accepta fatorum, aut Sibyllarum
libris, sed ex ipsius scriptura Dei revelata com-
missa q; est; tanto certior, quia de omnibus plus
quam explorata & plena pro autore dīgitum
Dei & Creatorem Spiritum ostendit. Et, si tot
erroribus tantæq; dubitationi obnoxia æterni-
tas, id tamen valuit, ut quisquis gentilium men-
te eam concepisset, nullos horreret exercitus, nō
terreretur turba, nullis ad timorem minis age-
tur

retur, casus quosq; despiciens, & ad annos in-
fractæ ætatis reliquias, ad ipsam morte omniaq;
supplicia obsfirmatus; Quod robur tuum esse
debet, Reverende & Clarissime Vir, Dn, M. CIRI-
STIANE MICHAEL, in serendo optimi filij beatissi-
mo obitu; Cujus tanta adversus inferni & to-
tius catervæ Diabolicæ terrores, nedum adver-
sus mundi calamitates & miseras, imo adversus
hunc ex abrepto filio omnino panicum,
dolorem præsidia sunt? Et quidem ista animæ
nostræ immortalitas, tam solidis minimeq; pe-
rituris innixa sententia, tam divino promissio-
num robore tot sanctorum exemplis, tanta Spi-
ritus testificatione in cordibus nostris circum-
quaq; obsfirmata, & ille beatorum supra nos lo-
cus, illa Dei beatissima & nunquam terminan-
da visio, illa autem ineffabilis prorsus nec satis
aut cogitata aut cujusquam votis descripta ani-
moq; præcepta fidelium exinde cœlestissima
voluptas, cujus spe tot afflictissima pectora
excitasti, non potest Te aut Conjugem aut reli-
quam domum, pietati & sacrarum literarum stu-
dio deditissimam, in tam sancta adolescentuli
vita, piis probatisq; moribus, & placidissimo in-
nocentis exitu ætatis, adversus carnis & sanguini-
nis & gritudinem destituere. Precamurq; tibi
nunc


nunc, ut ille sanctus Spiritus, qui per ministerium
tuum hactenus quam efficacissime operatus
est, nunc maxime adesse tibi velit, ut in exemplum
totius Ecclesiae erigere te atque obdurare
valeas, & super terrenis casibus ex coelesti sa-
cientia non nisi coelestia meditari. Vos, Aca-
demiae cives, quantum obstricti sitis huic viro,
cui tam sedulo operam datis ad animarum ve-
strarum sanctimoniam, nunc quidem nolite
oblivisci. Ejus autem natu maximus, ipsi co-
gnominis, XVI, annorum & pro ista etate non
tantum bonae sed magnae etiam spei, eximiae a-
lias indolis adolescens, CHRISTIANUS vehementi
atque implacabili diarrhaeae supremo Augusto
correptus, postea corporis & sanguinis Christi
particeps factus, nocte in sequentibus XII, Septem-
bris inter ardentissimas preces ac suspiria in Sal-
vatore suo obdormivit. Pater ipsi Reverendus &
Clarissimus ille, quem diximus, Vir est, ad D. Jaco-
bi apud nos Pastor & de Ecclesia meritissimus.
Mater CATHARINA Bessen/ matrona laudabilissima,
Avus paternus GEOGRIUS, Civis Suetensis, Avia,
MARGARETHAE, filia CHRISTIANI Echfelds / sacri
ædilis & Senatoris Suetani, etiam num super-
stes, Quæ per hanc Martis atrociam inops &
exul facta pietatem filij Deo commendat, ne-

po-


nepotem in oculis tulit, nunc acerbissime luit.
Avus maternus extit GEORGIUS BOß/ Ci-
vis & institutor Havelbergensis, Avia CATHARINA
NICOLAI LINDENBERG/ antehac apud nos Civis &
XVI viri non obscuræ in Marchia familiæ, filia.
Omnes honestæ probatæq; famæ & vitæ. Nos
quod offici nostri est sic natū prid. cal. Feb. su-
periore XXII, hujus seculi anno, sic educatum
ut latinè Græcè & Ebraicè una cum ceteris ar-
tibüs sciret, in primis obsequio & pietati dedi-
tissimum, frequētes hodie ad dormitorium co-
mitabimur. Ipsi B. V. p. p. XVI. Sept,

A. Chr. M DC XXXIX.









necessariæ rei certitudo constabat.
tamen erat exspectatio. Nimisrum
cum omnia corripi atq; hic obire d
quia ad se quoq; fatalis ordo perve
quo dulci somnio levare mortalita
voluerit ? Unde a. illi ad cœlos, qui
essent ? Aut quomodo scire potera
lis venisse: quos mundanos potius
maximi Philosophi judicio, censer
licet hoc quo ; in argumentum vo
quod nemo sua sorte contentus si
ipsum stultitia petatur, postquam t
am excelsi orbis, nulla ipsis promi
lices ergo vos, o mystæ divinarum s
ticipes arcanorum cœli, ministri a
Jehovæ ! Felices, inquam, vos &
lestes, quibus ista sapientia omnis
deq; ex fatuis accepta fatorum, au
libris, sed ex ipsius scriptura Dei re
missaq; est; tanto certior, quia de o
quam explorata & plena pro auto
Dei & Creatorem Spiritum ostendit
erroribus tantæq; dubitationi obr
tas, id tamen valuit, ut quisquis get
te eam concepisset, nullos horret
terretur turba, nullis ad timoren

onum.




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

the scale towards document